


Prot. N. 00453/2023-132/24/I



DECRETUM

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, ad augendam fidelium religionem animarumque salutem, vi facultatum sibi specialissimo modo a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino Francisco Divina Providentia Papa tributarum, attentis precibus nuper assatis a Rev.do P. Fabio Antonelli, Procuratore Generali Parvi operis Divinae Providentiae, occasione sollempnium in honorem Beatae Mariae Virginis Matris Dei celebrationum quae, a die XI Februarii usque ad diem XX Novembris MMXXIV peragentur, de caelestibus Ecclesiae thesauris benigne concedit plenariam Indulgentiam, suetis sub condicionibus (sacramentali Confessione, eucharistica Communione et oratione ad mentem Summi Pontificis) a christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsis lucranda, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint, si in Anno Mariano Orionino, quodlibet templum praefatae Congregationi spectans, in forma peregrinationis inviserint devote interfuerint, et ibi iubilaribus ritibus devote interfuerint, vel saltem coram Beatae Mariae Virginis Matris Dei imagine publicae venerationi exposita per congruum temporis spatium piis vacaverint considerationibus, concludendis Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque Beatae Mariae Virginis et Sancti Aloisii Orione.

Senes, infirmi omnesque qui gravi causa domo exire nequeunt, pariter plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condiciones, si Beatae Mariae Virginis celebrationibus se spiritualiter adiunixerint, precibus doloribusque suis vel incommodis propriae vitae misericordi Deo oblatis.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilior pro pastorali caritate evadat, haec Paenitentiaria enixe rogit ut Patres ex Parvo opere Divinae Providentiae, prompto et generoso animo celebrationi Paenitentiae sese praebeant.

Praesenti pro hac vice tantum valituro. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiariae Apostolicae, die IX mensis Februarii, anno Domini MMXXIV.

Marius Paul. Giacoppi
Paenitentiarum Major

Christopherus Nyfrel
Regens